

rias ago tibi domine ihesu christe. quia in
nuas tuas ingredi merui. **T**ercio ostenditur
quod fuit examinatus cum dicitur Ignem
me examinasti. Sunt autem quedam que
examinant tactu. ut argentum ad lapidē
Quedam ex sonitu. ut vasa si sunt plena
aut vacua. Quedam vento ut grana et pa
lea. Quedam per ignem. ut aurum. Sic be
atus Laurentius fuit examinatus tactu
dure passionis. et ideo argentum electum
est inuentus. **J**ob. ij. Mitte manum tuā
et tange os eius et carnem. Sed de multis
dicitur illud **1** Thre. vj. Argentum repro
bum vocavi eos. Fuit examinatus sonitu
patientis responsionis. non enim murmu
rant sed potius dedit sonitū laudis. Un
de dicitur de eo Inuentum est sacrificium
laudis sonitus confessionis. unde et ipse ait
De christe confessus sum. Emisit etiam so
nitum deuotionis cum dixit. Assatum est
iam vasa et manduca. Fuit examinatus
vento honoris et recuperationis. Non enim
potuit eleuari nec a vento honoris cum esset
archidiaconus. nec a vento laudis. cum
pauperes eum sepe laudarent. Nec etiam
potuit deijci a vento recuperationis. cum ta
men infideles eum sepe blasphemarent. Fu
it examinatus igne tribulationis. **E**cclē.
vij. Vasa figuli probat fornax et homines iu
stos temptatio tribulationis. Habet nā
que beatus Laurentius ignem adustionis
in carne. ignem amoris in corde. ignem
sermonis in ore. et ignem seruatoris in ope.
Quarto ostenditur quod fuit inuentus sine
peccato cum dicitur Et non est inuenta in
me iniquitas. Sancti namque viri in igne
tribulationis sanctitatem acquirunt. Na
li vero acquirunt iniquitatem. sicut osten
dit beatus Augustinus in libro de ciuita
te dei multiplex exemplo. palee et auri. sti
pule et frumenti. amurce et olei. luti et vn
guenti dicens. Sicut sub vno igne aurū
rutilat et palea fumat. et sub eadem tribu
la stipule comminuuntur et frumenta purga

tur. neque cum oleo amurca funditur. que
tamen eodem preli pondere exprimuntur.
Ita vna eademque vis iruens bonos pro
bat et purificat et liquat. et malos damnat
et vastat et exterminat. Nam pari motu ex
agitatum et eralat horribiliter cenum et su
auiter fragrat vnguentum etc.

De sancto Ipolito et socijs eius
Sermo primus.

Prima nostra

sicut passer erepra ē de laqueo
venantiū **P**sal. Ad honorem
sancti Ipoliti et socij eius iste versicul⁹
in missa decantatur. In euangelio etiam ho
dierno in exemplum sanctorū passeres in
roducuntur. In premissis verbis tria face
re videntur sancti. Primo namque de sua ere
ptione gratias agunt cum dicitur. Anima
nostra sicut passer erepra est de laqueo ve
nantiū. Assimilantur autē sancti viri passe
ribus sicut rabanum tribus de causis. Primo
quod passer est quantitate paruus. unde et a
puitate est dictus. sic sancti viri paruos se
reputant per humilitatem **M**atth. vj. Re
uelasti ea paruulis. Dicit autē gregorius
quod pupilla quanto est minor tanto est luci
dior. Animalia etiā habentia puum cor in
quantitate sunt communiter magis animo
sa. sicut pater in leone. Granū etiam sina
pis quod est minimū inter omnia semina o
ley adeo crescit quod ramos facit in quibus
auces nidificant et quiescunt. per quod datur
intelligi quod quanto quis est minor apud se
ipsum tanto est lucidior apud deū. tanto
animosior contra dyabolū. tanto magis cre
scit per opera virtutū. ita ut etiam viri con
templatiui in eius virtutibus quiescunt.
Secundo passer est velocitate celerum.
Sic sancti viri in suis operibus debent es
se veloces et fermentes **E**cclē. xxxij. In om
nibus operibus tuis esto velox sicut dicit
beatus ambrosius. Qui nō potest volare
y. ij.

ut aquila saltem volitet ut passer. qz qui non potest ut contemplatiuus volare in celum per premlationem saltem volitet ut actiuus p actionem. Et qui non potest esse magnus seruando consilia. saltem sit paruu seruando precepta Et qui nō potest apprehendere perfectōnem. nitatur ad illam p continuam exercitationem. Tercio passer est in nidificando cautus. Non em nidificat nec ouificat nec pullificat i vije ne aut nidus eius a vōto rapiat aut oua a serpentibus comedant. aut pulli a predatore capiant. sed potius nidificat in foraminibus domorum. Psalm. Erenim passer inuenit sibi domum. Nidus autem spiritalis est animus in quo deus requiescit. In hoc nido deus generat oua et bona pposita. et o ouis pullos educit quando bona pposita in opus prodire facit. Sed si aliquis ponit nidum. id ē animū in terra per affectionem. timendum est ne diabolus qui est ventus vehemens p suggestionem. qui est serpens per deceptionē. qui est predator per meritum expoliatiōnem. et animam per vanam gloriam rapiat. et bona pposita comedat. opa bōa extinguat. Sed sancti viri nidificāt in foraminibus petre. id est in vulnere crisi. Canticoz. secundo capitulo. Veni colūba mea in foraminibus petre. quo ad foramina et manuum et pedum. In cauerna macerie. quo ad foramen lateris. Scōo modum exceptionis exponunt cum dicūt. Laqueus contritus est et nos liberati sumus Tres laquei sunt diaboli quos sancti euadunt. Primus est laqueus gule. Psalmista. Fiat mensa eorum coram iphis in laqueum. Augustinus in libro confessionum. Ad quietem satietatis cum ex indigentia molestia tendo in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentie. Secundus est laqueus luxurie. Ecclesi. septimo capitulo. Inueni amatozē mortem mulierem que laqueus venatorum est.

Tercius est laqueus auaricie. de quo dicit Ambrosius in libro de bono mortis. Anis que descendit ex alto frequenter a laqueis capitur. a visco fallitur. a quibus cunqz infidēis irrentur. Sic ergo anima nostra caueat ad ista mundana descendere quia laqueus est in auro. viscus in argento. nerus in predio. Nam dum aurū querimus strangulamur. dum argentum perimus in visco eius litemus. duz prelia inuadimus alligamur. Istos tres laqueos isti sancti euaserunt. Et p corporis macerationem. et per puritatis conseruationē et per terrenozū despectionem. Tercio ista exceptionem non sibi sed deo attribuūt. cū dicunt. Adiutorium nostrum in nomine domini. Fuerunt enim adiuti et in corporibus et in animabus. Corpora quidem martyrum adiuantur. vnde dicit Ciprianus. Clauduntur oculi in persecutionibus sed patet celū. minatur antichristus sed tueretur christus. Mors inferi. sed immortalitas sequitur. Exciso mundus eripitur. sed restituto paradisu exhibetur. Vita temporalis eringuitur. sed eterna reparatur. Ecce mirabilis commutatio quam sancti martyres recipiunt. que omnia in martyrio sancti stephani apparuerunt. Nam pro clausura oculorum apit sibi regnum celorum. ideo vidit celos a peritos. si antichristus minatur. christus tueretur. Ideo beatus stephanus vidit illum stantem. id est iuuare paratū. Si corpus mortū. immortalitate restitū. Unde vultus beati stephani apparuit in specie angeli tanqz immortalitatis gloria restitendus. Si auferet mūdus dat paradisu ideo respiciebat in celū tanqz sibi tribuentum. Si vita temporalis tollit dat vita eterna. ideo vidit gloriā dei. Amine etia istoz martyz non solū fuerunt adiuti sed etia multis priuilegijs sunt donati. Ipse enim sanctus Ipolitus hz cum laurentio societatem. An dixit et laurentius martyr

Ambulantis ambo pariter. quia mihi et tibi gloria preparatur. Unde etiam beatus ypolitus se iuxta corpus Laurentij sepeliri fecit. ad innuendum quod sicut eorum corpora sunt iuncta in terris. sic eorum anime sunt iuncte in celis. Secundo habet eorum virgine magnam familiaritatem. Virgo enim beata cum ypolito cuidam infirmo apparuit. et illum sanare precepit. Quid est quod virgo beata ypolitum assumebat ad suam societatem nisi quod cum illo speciale habet familiaritatem. Tercio magnam habet super demones potestatem. quia exhibente diuina iusticia. beatus ypolitus voluit ut dyabolus decium vereretur. Quarto contra tyrannos magnam seueritatem. Unde deus clamabat. O ypolite carissime aspice peccatum me ducis. Quinto habet super peccatores penitentes magnam pietatem. sicut patet in illo cuius tibi infirmitatem incidit et aliam sanam restituit.

De eodem.

Sermo. ij.

Custodit animas sanctorum suorum et de manu peccatorum liberauit eos. Dominus custodit animas ypoliti et sociorum eius. et de manu peccatorum id est decem imperatoris liberauit eos. Custodiuit autem dominus animam ypoliti in vita. et in morte. et post mortem Inuita quidem. quod fecit eum magne puritatis. Quod patet quod animas beatorum videre meruit. quod non nisi a mundo corde videri possunt. Unde postquam fuit baptizatus dixit. Audi animas innocentium letas gaudere. Secundo multe pietatis ex eo quod corpus beati Laurentij sepeliuit. Sepelire enim mortuos inter opera pietatis numeratur ita ut ad deum etiam ascendat. Thobi. xij. Quando orabas et sepeliebas mortuos ego obruli ordinem tuum domino. Tercio dominus fecit eum multe passionis. quia quando Laurentius cruciabatur ipse flebat

et mugitus dabat. Quarto multe deuotionis quod pre nimia deuotione fidei etiam ante tempus christianum se esse voluit perficere. Unde dixit ei Laurentius. In interiore homine absconde christum et dum clama. Quero audi et rem. Secundo custodiuit eum in morte quando quatuor iaculis tyrannus eum voluit superare. Primo rubore et verecundia inferendo quando ipsum de nudari et expoliari fecit. sed istud telum beatus ypolitus priuit. quod meliori veste scilicet veste virtutum se indutum esse agnouit. Unde cum tyrannus ei diceret. quomodo sic insipiens factus es quod de nuditate tua non erubescis. Ille respondit. Non me expoliasti sed magis vestisti. Sciebat enim se esse veste virtutum indutum. que quidem habet regere peccata. Proverbio. x. Vniuersa delicta operit caritas. habent regere contra dyaboli temptamenta. ad Eph. vi. Induite vos armatura dei ut possitis resistere aduersus insidias dyaboli. Et etiam habent ornare propter honestatem. Roma. xij. Induamur arma lucis sic ut in die honeste ambulemus. Habent etiam calefacere per caritatem. Job. xxxij. Nonne vestimenta tua calida sunt cum pilata fuerit terra austro. Secundo per prospera ipsum alliciendo. quia veste militari eum induit ut sic ad pristinam miliciam alliceretur. sed ipse istud telum contregit. quia dixit se meliori regi non tyranno militare. Christus enim non fuit tyrannus. sed rex benignus Tyrannum namque faciunt dominandi cupiditas. effrenata crudelitas. et priuata vilitas. Christus autem non habuit dominandi cupiditatem. quia fugit ne fieret rex. ut habetur Iohannis. vi. capitulo. Nec habuit crudelitatem sed mansuetudinem. ut habetur zacharie. ix. ubi dicitur Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Non quesituit propriam vilitatem sed nostram. Unde dicitur ad romanos decimoquinquiesimo. Christus sibi non placuit etc. Tercio

timorem sibi incutiendo. quia omnes de familia sua ante eius oculos occidi fecit ut sic timor Ipolito incuteretur. Sed ipse non timuit. sed eos confortauit dicens. **F**rateres nolite timere. quia ego et vos vnum dominum habemus. **Q**uarto per longa et aspera supplicia ipsius affligendo. Fecit enim pedes eius ad pedes equorum indomitum ligari et per cardines et tribulos trahi ut sic dolore veratus vinceret. Sed istud telum Ipolitus confregit. quia ibi habuit patientiam per quam non murmurauit. **H**abuit constantiam per quam telo non cessit. nec de supplicio curauit. **H**abuit victoriam per quam sibi coronam acquisiuit. **U**nde cantatur de martyribus. **N**isi pro te furias atque ferocias calcarunt hominum seuque verbera. cessit his lacerans fortiter ungula. nec carpsit penetralia. ecce quanta constantia. non murmur resonat nec querimonia. ecce quanta patientia. **Q**ue vox que potuit lingua retere. ecce quanta gloriosa corona. **T**ercio custodiunt animam eius post mortem. Anima enim habet triplicem statum. **U**nus est in quantum ipsa anima est unita corpori. **S**ecundus est prout est eruta a corpore. **T**ercius prout considerat resumpto corpore. **E**t in quo liber istorum statuum dominus animas sanctorum custodit. nam prout sunt coniuncte corpori sunt in manu dei. **S**apientie. **t**ercio capitulo. **I**ustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormeturum mortis. **I**n quantum sunt erute a corpore sunt in sinu dei. **O**lim quidem erant in sinu abrahe. sed modo sunt in sinu dei. **I**saie. **q**uadragesimo capitulo. **I**n brachio suo congregabit agnos et in sinu suo leuabit. **I**n quantum considerant resumpto corpore erunt in thalamo dei. **D**eutero. **t**riciesimo **t**ercio capitulo. **A**manissimus domini habitabit confidenter. in eo quasi in thalamo tora die morabitur.

Eodem die.
Sermo tercius.

Nolite timere eos qui occidunt corpus et post hoc non habent amplius quid faciant. **L**uc. xij. ca. **I**n istis verbis tria norantur. **P**rimo in persecutoribus magna crudelitas cum dicitur. **Q**ui occidunt corpus. **C**rudelitas autem mali hominis secundum **C**risostomum peior est crudelitate serpentis. bestie et diaboli. **S**ed quantum ad primum sic dicit. **S**i compara ueris hominem serpenti peiores inuenies quia serpens et si maliciam habet hominis tamen habet timorem. **H**omo autem malus et maliciam habet serpentis et timorem non habet sicut serpens. **E**st etiam peior omni bestia quod ostendit triplici ratione. **D**e prima sic dicit. nam ipsa bestia quicquid fit crudelis tamen quia est irrationalis declinat ab homine crudelitas eius. **H**omo autem malus cum sit crudelis et rationalis non facilius euadetur crudelitas eius. **D**e secunda sic dicit. **B**estia si irritata fuerit seuit. si non fuerit irritata in silentio transiit. **H**omo autem non irritatus insanit et magis insanit super illos a quibus non fuerit irritatus. **D**e tertia sic dicit. **U**naqueque bestia unum proprium malum habet. homo autem omnia vicia in se habet. **E**st etiam peior diabolo. quod ostendit triplici ratione. **D**e prima sic dicit. **D**iabolus si viderit hominem iustum non est ausus ad eum accedere. **H**omo autem malus hominem sanctum non solum non timet sed etiam contempnit. **S**ecunda ratio est quia diabolus non armat hominem. sed homo armat diabolum. sicut enim homo sine armis nihil potest facere contra hostem. sic diabolus non valet contra sine hominem. **P**otest etiam tertia ratio assignari. quia diabolus non potest nocere homini nisi permissus. homo autem malus non solum nocet homini permissus. sed etiam a deo prohibitus.

Secundo in sanctis notat magna securitas. qz quis persecutores corpus occidere possunt. tamen in animas nullam habent potestatem. Unde postqz dominus dixit. Nolite timere eos qui occidunt corpus. statim subiunxit. Et post hoc non habent amplius quid faciant. qz sz in animas nihil possunt. vt pz in iob. qz postqz dyabolus accepit p̄tatem in corpus. statim dñs subdidit. veruntā animā illius serua. **D**eus namqz maiorē curam hz de anima qz de corpore. et hoc triplici de causa. sicut ostendit crisostomus. sup. Math. De prima sic dicit. Maior cura est deo de salute aīe qz corporis. Primo qz dignior est anima qz caro. Anima enim sine carne vivere potest. caro aut sine aīa vivere non p̄t. De secunda sic. In omni p̄cto prius anima peccat. et postea caro. Nam nisi anima prius victa fuerit. caro peccare non poterit. Caro siquidem prius malum p̄cupiscere p̄t. peccare aut non potest nisi aīa illi p̄senferit. Nam caro in p̄tate anime est. non aut ipsa anima est in potestate carnis. De tertia sic dicit. Necessariū est vt anima que prius ceciderat ante resurgat. deinde anima liberata a p̄tate dyaboli carne suam seruare potest a peccato. Caro autē sanata ab infirmitate animā liberare non potest. sed magis eam euertit. qz incolumitas sepe impugnat iusticie disciplinam. Quamuis autem persecutores corpora sanctorum occidant. tamen non pereunt. sed etiam in presenti multiplici gloria illustrantur. Nam scdm crisostomum in sermone de machabeis. eorum corpora efficiunt radij dei. de quibz demones erceantur. Sunt etiam vexilla dei a quibz ipsi demones fugiunt et deterent. Sūt corona fulgida dei vnde ecclesia adornatur. Tercio in deo notatur magna potestas. quod notatur cum dicitur. Timeate autem eum qui postquam occiderit corpus habet potestatem mittere in gehennā id est in penam eternam. scilicet corpus et

animam. Sed hoc non videtur diuine iusticie conuenire. vt homo pro culpa transitoria puniatur pena eterna. Sed istud fit propter infinitatem offensi. mutationem fori. et eternitatem mali propositi. **D**ue prime rationes sunt Iohannis crisostomi. tertia est beati gregorii. Prima enim ratio est. quia iniuriolus tanto maiori dignus est pena quanto maior est ille cui inferitur iniuria. Qui enim offendit militem dignus est magna pena. Qui offendit comitem maiori dignus est pena. Qui vero offenderit regem dignus est maxima pena. Deus autem est magnus in infinitū et ideo qui ipsum offendit dignus est pena infinita. Secunda ratio est propter diuersitatem fori. Nam pro vno eodemqz furto quis alicubi cauteriatur alicubi mulatur. alicubi autem vita priuatur. Est autem duplex fori. scilicet forum ecclesie. et forum dei. In foro ecclesie omnes culpe puniuntur pena transitoria. ex eo qd omnes cause aguntur sub throno misericordie. et serias facit tribunal iusticie. In foro autem dei culpe puniuntur pena eterna. quia tunc iusticia causas ager. et misericordia serias faciet. Unde de hoc dicit iohannes crisostomus. qd non recipit tunc natura iudicis misericordiam. sicut nec tempus misericordie iudicium. Tercio hoc accidit propter eternitatem mali propositi. Unde dicit beatus Gregorius in moralibus. Iniqui ideo cum fine peccauerunt. quia cum fine vixerunt. voluissent quidem sine fine vivere potuissent sine fine in iniquitatibus permanere. Ad stricti ergo iudicis iusticiam p̄tinet. vt scilicet nunquam careant supplicio quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato. Istam autem rationem similiter tangit Beda dicens. Quod mali habuerunt voluntatem sine fine peccandi. si habuissent naturam sine fine viuendi. Ex quibus manifeste patet. qd mali merito

De Assumptiōe

Marię Virginis

damnant sine fine. et eis indicitur eterna
pena etc.

De Assumptione Marię virginis.

Sermo primus.

Surge domine

in requiem tuā tu et archa sanc-
tificatiōis tue etc. **Psalm.** Quod cristi corpus
gloriose resurrexit omnibz fidelibz est cer-
tum. qd autē corpus beate Marię virginis
glorificatum surrexit et si non sit certum
est tamen pie credendū. qd autem corpora
sanctorz que cum christo surrexerunt sine
glorificata inter multos doctores veris
in dubium. **Propheta** igit dimittēs illd
quod est dubium. ponit quod cer. um est
dicens Surge domine in requiem tuam
Et illud quod pie est credēdum cū dicit.
Tu et archa sanctificatiōis tue. archa ista
est beata virgo filij dei pteniuā. Et ē sanc-
tificatiōis. quia in matris utero fuit san-
ctificata. Ista autem archa surrexit in re-
quiem. id est in corpis et anime plenam se-
licitatē. **Hodie** quidem surrexit de rumu-
lo quia immortalitatis gloria fuit indura
Surrexit de mundo. quia hodie in celum
est gloriose assumpta. **Circa** cuius as-
sumptionem duo sunt videnda. **Primo**
qualiter sit assumpta. **Secundo** scdm qd
sit assumpta Est autē virgo maria assum-
pta quadrupliciter. scz cum honorabili so-
cietate. cum ineffabili iocunditate. cū mi-
rabili claritate. et cum terribili potestate. **Primo**
quidem virgo maria assumpta ē
cuz honorabili societate quod significatū
est. **ij. Regum. vi.** ubi dicit qd dauid et oīs
ysrahel deducebant archam domini cum
gaudio et erant cum dauid chori septem.
Per dauid significat christus. p. septem
choros intelligit vniuersitas hominū an-
geloz et sanctorz quia per septenarium nu-
merum vniuersitas accipit. **Vel** p. septē
choros intelligunt tres chori qui fuerunt
ante nouū testamētū. s. angeli patriarche

et pphete. Et quatuor qui fuerunt in nouo.
scz martires pfectores et virgines et etia
ipsi apostoli qui eius exequijs interfues-
runt. **De** ista honorabili societate cantat
ecclesia. Sicut dies verni circumdabant
eam flores rosarum et lilia cōuallū. **Per**
flores rosarum intelligunt omnes mar-
tyres sanguine rubricati. **Per** lilia cōual-
lium intelligunt omnes angeli pfectores
et virgines et etiam apostoli qui eius ex-
equijs interfuerunt qui omnes eam circū-
dederunt et eam associauerunt. **Secundo**
est assumpta cum ineffabili iocunditate.
quod significatum est. **ij. Regum. vi. ca.**
ubi dicit **Dauid** et omnis ysrahel dedu-
cebant archam testamēti domini cum iu-
bilo et clangore buccine et ludebāt coram
domino in omnibus lignis fabrefactis
et citharis et lyris. **Ubi** notādum qd sicut
dicit **Augustinus** super psalm. est triplex
sonus musicus. vnus qui fit cum voce si-
cut in cantu Alius qui fit cum flatu sicut
in buccina. Et tertius qui fit in pulsu si-
cut in cithara. **Iste** triplex sonus tangit
hic. Sonus qui fit cum voce cum dicit.
In iubilo. Est enim iubiliatio cantus mo-
dulatio. Sonus qui fit cum flatu cū dicit.
In clangore buccine. Sonus qui fit cū
pulsu cum dicitur. **In omnibus lignis**
fabrefactis et citharis et lyris. **Per** hoc qd
dicitur qd ista archa deducra est cum iubi-
lo et in buccina et i cithara datur intelligi
qd ibi fuerunt omnes species sonorum et
omnia genera musicorum. **Tercio** assum-
pta est cum mirabili claritate. **Canti. xi.**
capitulo. legitur. **Que** est ista que progre-
ditur quasi aurora consurgens pulchra
vt luna. electa vt sol. terribilis vt castro-
rum acies ordinata. **Apocalypsis. duode-**
cimo capitulo. **Signum** magnum appa-
ruit in celo. mulier amicta sole et luna sub
pedibus eius et in capite eius corona stel-
larum duodecim. **Et** quibus verbis pa-
ter qd ipsa ascendit cuz claritate corporali et